



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

1. Quomodò Christus pro peccatis nostris satisfecit suo morte.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

1. *Quomodo Christus pro peccatis nostris satisfecit sua morte.*
2. *Quae sit Euangelica satisfactio, quam à nobis exigit Christus.*
3. *Quae sit Ecclesiae satisfactio secundum Canones, & olim fuerit in usu.*

I.

**T**ota Scriptura solùm vnum ostendit satisfactorem pro peccatis totius mundi, scilicet Christum. Esa. 53. Posuit Deus in eo iniquitatem omnium nostrum, Col. 1. Complacuit Patri, per eum reconciliari omnia per sanguinem crucis eius, siue quae in caelis, siue quae in terris sunt. 1. Ioan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Et Ioan. 1. Ecce agnus Dei: &c. Ideò à culpa & poena aeterna peccati solùm nos liberat satisfactio & mors Christi. Nam à culpa peccati & à poena aeterna liberari solùm contingit propter sanguinem Christi, & non opus hominis: neque diuelli debent culpa & poena aeterna, quòd ambo haec Christi mortem respiciunt. Distingui quidem possunt remissio culpae, & remissio temporalium poenarum: Culpa propter sanguinem Christi tollitur, & ira vel poena aeterna: sed temporales poenas, quas meruerunt peccata nostra, mitigamus per opera & fructus poenitentiae nostrae. 1. Corinth. 11. Si nos ipsos diiudicemus, non utique iudicemur à Domino. Est igitur coràm Deo pro culpa & poena aeterna abolenda sola Christi satisfactio. Est autem triplex satisfactio: coram Deo, coram proximo, & coram Ecclesia.

2:

Huius satisfactionis Christi nemo fit particeps, nisi